

cundis figuris, & retineo 2. Post hæc accedo ad tertias figuras, vbi ex 2. (quam figuram retinueram) & 8. fiunt 10. addo 7. fiunt 17. addo 9. fiunt 26. addo 6. fiunt 32. Pono ergo 2. sub tertijs figuris, & retineo 3. Rursum in quartis figuris, ex 3. (quæ figura retenta erat) & 6. fiunt 9. addo 8. fiunt 17. addo 0. fiunt 17. Pono ergo 7. sub quartis figuris, & seruo 1. quam addo quintis figuris, efficioque 7. Pono igitur 7. sub dictis figuris, & nihil reseruo. Postremo quia in vltimo loco sola hæc figura 7. reperitur, pono eam sub linea, absolutaque erit additio. Quemadmodum autem figuras numerorum addendorum inter se addidimus ab inferioribus versus superiores ascendendo, ita quoque colligi possunt in vnam summam, si à superioribus versus inferiores descendatur.

Quid faciendum sit, quando ex figuris vnus loci colligitur numerus tribus figuris scribendus.

Quod si quando ex additione figurarum vnus loci excreuerit numerus tribus figuris scribendus	6008
ponenda erit prima figura sub illo loco, & reliquæ duæ figuris sequentium locorum addendæ, prima videlicet earum figuris proximi loci, & secunda figuris alterius loci: aut certe numerus duabus illis figuris retentis expressus	5009
	4009
	308
	239
	108
	108
	309
	4128
	3009
	209
	308
	—
sequentis loci figuris addendus.	23752

Ut in appo-
sito exemplo, quoniam ex primis figuris colligitur

